

EXEMPLAR VII

IDIBVS SEPTEMBRIS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS

RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris
et a studiosis AKADIS edi-
tur

RVMOR VARIVS duodecies in
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:

In Helvetia Fr. 8.80

In Germania DM 14.50

In Austria öS 90.--

In reliqua
Europa Fr. 15.--

In terris trans
maria sitis Fr. 8.80*

* et pretium
mittendi

Speciminis exempla gratis
mittuntur, ubi id rogatur

Auctor:
Ulricus Aeschlimannus

Impressum et acceptio re-
rum legentibus publicanda-
rum:
Franciscus Bachmannus

Typographum Copy Quick,
Turicum

Domus editoria:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Epistulae, mandata:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Institutum pecuniarium:
Societas Helvetica institu-
torum pecuniariorum SHIP
Conto:
RVMOR VARIVS 806.134. JI A

RVMOR VARIVS wird von
Lehrern und Studierenden
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint
jährlich 12 Mal

Auflage: 330

Abonnementspreis:

Schweiz Fr. 8.80

Deutschland DM 14.50

Oesterreich öS 90.--

übriges
Europa Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80*

* zuzüglich
Porto

Einzelne Probenummern kön-
nen gratis bezogen werden

Redaktion:
Ulrich Aeschlimann

Graphik und Layout:
Franz Bachmann

Druck: Copy Quick Zürich

Verlagsadresse:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich
Inseratenannahme,
Korrespondenz/Bestellungen:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Bankverbindungen:
Schweizerische Bankgesell-
schaft SBG
Konto:
RVMOR VARIVS 806.134. JI A

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus salutem
dicit!

Eheu, amici, quantum pigeat me aestatem iam prae-
terisse vix exprimere possum. Mox aderit autumnus,
dies breviores fient, longiores noctes; sol iam
nunc ita praemature occidit, ut, cum primum disci-
puli e schola domum revertantur, domi lumina lucer-
nae incendere necesse sit. O felix otium, o dies
feriarum praeteritos! Vtinam semper adessent! Sed
flere utile non est; immo in istis tempestatibus
frigidioribus summis viribus animi utamur, ut quis-
que aliquem finem sibi propositum adipiscatur:
alius, ut discipulus maturitatem exoptatam conse-
quatur, alius scholam non iam visitans ut negotia
sibi felicia agat.

Felices, qui post labores diei in sella prope for-
nacem posita se reficientes libellum nostrum RVMOR-
REM VARIVM linguae Latinae periti legere possunt!
Qui profecto etiam autumnus et hieme gaudeant. Nam
his mensibus frigidis otium ad legendum aliquem
librum facilius invenitur quam vere aut aestate,
cum ambulare velut natare, legere et discere au-
tem non multum iuvat.

Itaque omnes ob tempora amissa feriarum maesti,
linguae Latinae periti hac consolatione mea maero-
rem suum pellant, animum suum tristem in laetum
vertant, cantum illum praeclarum verbis 'gaudeamus
igitur!...' incipientem canant! Cuius verba paulum
mutavi:

GAVDEAMVS IGITVR
DVM RVMOR VARIVS LEGITVR...

REPERITE VERBA LATINA VITAE MODERNAE APTATA !

Cur de rebus modernis Latinis verbis referre facile non est? Quia nobis complura nomina et verba desunt. Linguae modernae cotidie amplificantur, sed nemo verba Latina lingua fincta parit. Censeo hoc esse opus nostrum linguam Latinam amantium. Rogo, ut omnes ideas habentes nobis scribant. Propositiones collectas divulgabimus. Quis initium faciet?

Heinz Hürzelerus

INTELLEXISTINE PECVNIAM RERVM PVBLICARVM AMERICANARVM EMERE NEGOTIVM FRVCTIVOSVM ESSE POSSE ?

Cum anno MCMLXXII ex America redirem, censui dollarem americanum valere duorum francorum Helveticorum. Hodie valet unius franci et circa L centesimorum. Advenit tempus, quo divitias tuas in dolares transferas. Aliquem fructum ferre possit: Exspectes diem secundum transferendi denuo dolares in francos, ut eo fructum habiturus sis. Opto, ut rem bene geras! Sed fidem praebere tibi non possum.

Heinz Hürzelerus

<p>EXEMPLAR VITI SERVATI MONTANAE</p> <p>LIBRIS MONTANAE SERVATI</p> <p>CONTINET HISTORIAM IVRAE</p> <p>RVMOR VARIUS</p>	<p>ETIAM SVBNOTARI POTEST! SVBNOTATIO IN VNVM ANNVM: (XII EXEMPLARIA)</p> <p>VORTEILHAFTER IM ABONNEMENT! JAEHRLICHER ABON- NEMENTSPREIS: (12 NUMMERN)</p> <p>FR. 8.80 (HELVETIA/SCHWEIZ)</p>
---	--

DE ERINACEO

HODIE NVMERVS ERINACEORVM IN PATRIA NOSTRA MINOR EST QVAM ANTEA.

HAE CAUSAE SVNT:

MVLTAE VIAE AEDIFICIA TERRIBILIA, AER VENENO IMPLETVM SICVT HVMVS MALA ERINACEIS SPATIVM VITAE RAPIVNT.

SED AVTOMOBILES PERICVLVM MAXIMVM SVNT. CVM VEHICVLVM ALICVI ERINACEO APPROPINQVAT, IS STATIM SE VOLVIT QVASI GLOBVS, CONTRA CVRROS AVTEM SE DEFENDERE NVLLO MODO POTEST.

ITAQVE, AVRIGA HONORATE, SERVA VITAM ERINACEORVM PAVPERORVM.

APPHVKREIVS



Aenigma

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

Primum praemium: Herr
Albert Zwicker
8810 Horgen

Secundum praemium: Herr
Joseph Zimmermann
3400 Burgdorf

Tertium praemium: Herr
Dr. Kühn-Waller
6300 Zug

Solutio aenigmatis et quadrati magici in libello superiori (libellus V/VI) propositi:

1	R	E	2	P	3	U	4	L	5	S	U	6	S
A			7	I	L	I	A						E
8	D	I	L	U	V	I	U	M					
I			9	A	L	I	S						I
C				10	A	I			11	T	L		
E	12	C				T			13	S	U	I	
14	S	A	15	P	I	16	V	I					B
		17	S	I		18	I	N					E
19	S	U	A	V	I	T	E	R					

1	L	2	A	3	T	4	U	5	S
2	A	N	I	M	I				
3	T	I	M	O	R				
4	U	M	O	R	I				
5	S	I	R	I	S				

QVO PRAEMIUM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO
MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES MITTENDI VLTIMA: 10. Oktober 1978

Praemia sunt infra numerata:

primum praemium: LIBER
secundum praemium: LIBER
tertium usque ad
quintum praemium:
SINGVLVM PVGILLARIS
(je ein Schreibblock)

Ad perpendiculum:

1. spartanisch (spartan)
2. Ich liebe (I love)
3. durch die Weihe (consecration, Abl)
4. Ich brenne (I burn)
5. Mund, Knochen (mouth, bone)
6. überflüssig (superfluous)
7. fort und fort auf der Lauer stehend (to be continuously on the lookout)
10. in der Tat (thing, Abl.)
13. Mann engl. (male human being)
16. Vorname (first name, german)
20. dies (this)
22. griech. Herdengott (Greek god of shepherds)
25. sich (himself)

Ad libram:

1. lückenhaft (with lots of omissions)
8. Liebe (love)
9. Ich versuche (I try)
11. Schriftsteller am. (american writer)
12. kaufe! (buy!)
14. Tag (day)
15. mit dem Bogen (bow, Abl.)
16. unveränderlich, dt. Abk. (inarticulate, abbreviation)
17. Fehler (mistake)
18. liebe! (love!)
19. so (so)
21. Ich wünsche (I wish)
23. Gib! (give!)
24. Wassernymphe (nymph living in the water)
26. nicht (not)
27. Armut, Not gen. (poverty, gen.)
28. durch den Gebrauch (use Abl)
29. schön, prächtig (imposing)

1	2	3	4	5	6	7
8						
9			10		11	
			12	13		
14				15		
			16			
17					18	
			19	20		
21	22			23		
24			25		26	
27						
					28	
29						

DILVCLVM MENSE SEPTEMBRI

NEBULA MVNDVS ADHVC REQUIESCIT,
SILVA ET PRATVM ADHVC SOMNIANT:
MOX VIDES, SI MINIS CADIT,
CAELVM CAESIVM SINCERVM,
MVNDVM COMPRIMVM AVTVMNALEM
AVRO CALIDO MANARE

Eduard Mörike

Eduard Mörike composuit, rana in linguam Latinam vertit

Septembermorgen

Im Nebel ruhet noch die Welt,
noch träumen Wald und Wiese:
Bald siehst du, wenn der Schleier fällt,
den blauen Himmel unverstellt,
herbstkräftig die gedämpfte Welt
in warmen Golde fließen.



continuatio libelli V/VI

4. Quamquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio belli, nisi paruerit; ita enim est decretum, ut si legati ad Annibalem mitterentur: mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne provinciam depopuletur, ne delectus habeat; sit in senatus populique Romani potestate. Facile verò huic denuntiationi parebit, ut in patrum conscriptorum, atque in vestra potestate sit, qui in sua numquam fuerit? Quid enim ille nunquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò libido rapuit, quò levitas, quò furor, quò violentia? Semper eum duo dissimilia genera tenuerunt, lenonum & latronum: ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur, ut mulieri citius avarissimæ paruerit, quàm senatui, populoque Romano.

III. Itaque, quod paulò antè feci in senatu, faciam apud vos: testificor, denuntio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros, Mutinam obsesurum, delectus, quà possit, habiturum: is est enim ille, qui semper senatus iudicium & auctoritatem, semper voluntatem vestram, potestatemque contempserit. An ille id faciat, quod paulò antè decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliarum, educeret, dum ne propius urbem Romam cc. mill. admoveret? huic denuntiationi ille pareat? ille se fluvio Rubicone & cc. mill. circumscriptum esse patiatur?

6. Non is est Antonius: nam si esset; non commisisset, ut ei senatus, tamquam Annibali initio belli Punici, denuntiaret, ne oppugnaret Saguntum. Quodd verò ita avocatur a Mutina, ut ab urbe, tamquam pestifera flamma, arceatur, quam habet ignominiam? quod iudicium senatus? Quid, quodd a senatu dantur mandata legatis, ut D. Brutum militesque ejus adeant, atque demonstrent, summa in republicam merita, beneficiaque eorum gratæ esse senatui, populoque Romano, eisque eam rem magnæ laudi, magnoque honore? passurumne censetur Antonium, introire Mutinam legatos? exire inde tutò? numquam patietur, mihi credite: novi

violentiam, novi impudentiam, novi audaciam,

7. Nec verò de illo, sicut de homine aliquo debemus, sed ut de importunissima bellua cogitare. Quæ quum ita sint, non omnino dissolutum est, quod decrevit senatus: habet atrocitatis aliquid legatio: utinam nihil haberet moræ! nam quum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est; tum hoc bellum indiget celeritatis: succurrendum est D. Bruto: omnes undique copias colligendæ: horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus.

8. An ille non potuit, si Antonium consulem, si Galliam Antonii provinciam iudicasset, legiones Antonio & provinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine, quoad magistratum imiret, sententiam dicere? quid negotii fuit? Sed, quum se Brutum esse meminisset, vestraque libertati natum, non otio suo; quid egit aliud, nisi ut pene corpore suo Galliam prohiberet Antonium? Ad hunc utrùm legatos, an legiones ire oportebat? Sed præterita omittamus. Properent legati, quod video esse facturos: vos faga parate: est enim ita decretum, ut, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad faga iretur. Ibitur: non parebit: nos amissos tot dies rei gerendæ queremur.

IV. Non metuo, Quirites, ne, quum audierit Antonius, me hoc in senatu & in concione confirmasse, numquam illum futurum in senatus potestate, refellendi mei causâ, ut ego nihil vidisse videar, vertat se, & senatui pareat: numquam faciet: non invidet huic meæ gloriæ: malet, me sapientem a vobis, quàm se modestum existimari.

10. Quid? ipse si velit, num etiam L. fratrem passurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tibur, ut opinor, quum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. Etiamne ab hoc mirillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur? nec enim secerni a fratre poterit, tantâ præfertim auctoritate: nam hic inter illos Africanus est: pluris habetur, quàm L. Trebellius, pluris quàm T. Plancus, adolescens nobilis:



Manibus fidi in aedibus Iosephi Bachmanni,
Klosterfeld 25 CH-5630 MURI

Entwurf/Ausführung: Kunstschlosserei Bachmann
Klosterfeld 25 CH-5630 MURI

Ich bestelle RVMOR VARIVS
für mich:


Ich bestelle RVMOR VARIVS
als Geschenk für jemand
andern:
(Mit Rechnung an obige Ad-
resse)

RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich